


IN
ACTA
APOSTOLORUM
HORÆ
HEBRAICÆ ET TAL-
MUDICÆ,

CAPUT I.

VERS. I. Τὸν μὲν περὶ τον λόγον ἐποιησάμην, &c.

Uc adducamus (nam & hucusque extendi pos-
test) illud qvod dicitur ab Historiographo hoc
nostro in ipso Evangelii sui limine, Ἐδοξε κα-
μοὶ καθεξῆς σοι γράψας. Ubi καθεξῖς, non
solum ordinatam seriem actionum Christi vi-
detur polliceri, sed & successivè ordinatam hi-
storiam actionum Apostolorum. Nam & hæc,
qvæ in hoc libro continentur, inter περίγραμα
πεπληροφορημένα, benè etiam possunt recen-
seri. Atqve indicat ipse stylo suo, hoc ipso in loco, in animo sibi
fuisse conjunctas hasce scribere historias: contexere scilicet primùm
narrationem de actionibus & doctrina Christi, & deinde ordine suo
literis mandare acta & dicta Apostolorum.

Rerum plurimarum, qvæ hoc in libro continentur, Lucas ipse
erat Αὐτόπτης, imo & pars aliqua: At qvatenus fuerit spectator acti-
onum Christi, in altero suo libro contentarum, nemo dixerit. Ambigua sunt illa in præfatione istius operis, Ἐδοξε καμοὶ πᾶσιν ἀνω-
θεν παρηκολεθηκότι, & lectorem qværentem relinquent, An ille

A 2

affecu-